

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Liber IV

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5322)

LIBER IV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Siciliae situs, et soli natura. Aetnae montis, ac Scyllae et Charibdis miracula.
2. Nomina, incolae veteres, et tyranni Siciliae: ei inhiant Carthaginienses.
3. Rhagini ab Himerensibus in auxilium vocatis oppressi. Athenienses imperium Siciliae affectant, et prospere agunt initio.
4. Catinienses denno opem Atheniensium implorant. Syracusani Lacedaemonios arcessunt. Graecorum concursus fit, et bellum in Siciliam transfertur.
5. Athenienses a Gylippo, Lacedaemoniorum duce, terra marique franguntur, ducibus Demosthene et Nicia indecoro fato sublati.

CAPUT I.

- 1 **S**ICILIAM ferunt angustis quondam faucibus Italiae adhaesisse; direptamque velut a corpore maiore, impetu
- 2 superi maris, quod toto undarum onere illuc vehitur. Est autem ipsa terra tenuis ac fragilis; et cavernis quibusdam
- 3 fistulisque ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus pateat; nec non et ignibus generandis nutriendisque soli ipsius naturalis materia: quippe intrinsecus stratum
- 4 sulphure et bitumine traditur: quae res facit, ut spiritu

Lib. IV.

CAR. 1. §. 1. *direptamque*. Ich habe mit Gronov diese Lesart mehrerer Handschriften der gewöhnlichen *direptamque* vorgezogen; letztere passt nicht gehörig, und scheint durch die Schreibart *dirēptamque* entstanden zu seyn. Vergl. Tzschucke zu Pomp. Mela II, 4, 10. *Maiore* gehört zu *corpore*, nicht zu *impetu*, wie dies so wohl das Folgende, als auch die Stellung von *maiore* und die Partikel *velut* verlangt. Liv. XXIV, 49, 6: *antequam in Hispaniam angusto direptam frato traiceret*. Ueber die häufige Verwechslung beider Wörter siehe Drakenb. zu Liv. XXXVII, 32, 7.

cum igne inter interiora luctante, frequenter et complu-
 ribus locis nunc flammās, nunc vaporem, nunc fumum
 eructet. Inde denique Aetnae montis per tot secula du- 5
 rat incendium. Et ubi acrior per spiramenta cavernarum 6
 ventus incubuit, arenarum moles egeruntur. Proximum 7
 Italiae promontorium Rhegium dicitur, ideo, quia Graece
abrupta hoc nomine pronuntiantur. Nec mirum, si fa- 8
 bulosa est loci huius antiquitas, in quem res tot coiere
 mirae. Primum quod nusquam ~~alias~~ tam torrens fretum, 9 *latius*
 nec solum citato impetu, verum etiam saevo; neque ex-
 perientibus modo terribile, verum etiam procul visen-
 tibus. Undarum porro inter se concurrentium tanta pugna¹⁰
 est, ut alias veluti terga dantes in imum desiderare, alias
 quasi victrices in sublime ferri videas: nunc hic fremitum
 ferventis aestus, nunc illic gemitum in voraginem
 desidentis exaudias. Accedunt vicini et perpetui Aetnae¹¹
 montis ignes, et insularum Aeolidum, veluti ipsis undis
 alatur incendium. Neque enim in tam angustis terminis¹²
 aliter durare tot seculis tantus ignis potuisset, nisi et hu-
 moris nutrimentis aleretur. Hinc igitur fabulae Scyllam¹³
 et Charybdin peperere; hinc latratus auditi; hinc monstri
 credita simulacra, dum navigantes, magnis vorticibus pe-

§. 9. *nusquam alias*. I. e. *alibi*, *alio loco*. Unser deutsches *sonst* hat verschiedene Beziehungen, welchen im Lateinischen besondere Adverbia entsprechen, die man wohl unterscheiden muss. *Alias* heisst *alio tempore*; spätere Schriftsteller gebrauchen es auch in dem Sinn von *aliter* und *alioqui*. S. Graevius und Oudendorp zu Sueton. Tib. c. 71. Die Bedeutung von *alio loco*, wie an unserer Stelle, gehört zu den grössten Seltenheiten. Zwar findet es sich so noch bei Appulei. de dogm. Plat. I, 586 p. 208 ed. Oud.: *Nam prudentiam sensusque omnes non alias, quam illa parte corporis contineri*; wenn hier nicht, wie es die Art des Ausdrucks fast zu verlangen scheint, *alia* mit Oudendorp zu schreiben ist. — *Alibi* heisst *sonst*, an einem andern Ort, anderwärts; — *aliter* auf eine andere Weise; *alioqui*, in anderer Hinsicht.

§. 10. *in sublime ferri*. Heinsius wollte hier ohne Noth die Präposition streichen. Zwar wird *sublime* sowohl in dem Sinne von *in sublimi*, als auch von *in sublime* gemeiniglich adverbialiter ohne die Präposition gesetzt. S. Oudendorp zu Iul. Obseq. c. 101. p. 123 seq., und zu Appulei. Dogm. Plat. I, 587. p. 208. Allein schon bei Cic. de N. D. II, 16 steht *in sublime ferri* durch alle Handschriften geschützt, so wie ebendasselbst c. 56 nur in wenigen die Präposition weggelassen ist.

lagi desidentis exterriti, latrare putant undas, quas sor-
 14bentis aestus vorago collidit. Eadem causa etiam Aetnae
 15montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concu-
 rus raptum secum spiritum in imum fundum trahit, atque
 ibi suffocatum tamdiu tenet, donec per spiramenta terrae
 16diffusus nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa Italiae Si-
 ciliaeque vicinitas, iam promontiorum altitudo ipsa ita
 similis est, ut, quantum nunc admirationis, tantum anti-
 17tiquis terroris dederit, credentibus, coeuntibus in se pro-
 montoriis, ac rursum discedentibus, solida intercipi ab-
 18sumique navigia. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem
 fabulae compositum, sed metu et admiratione trans-
 euntium. Ea est enim procul insipientibus natura loci,
 ut sinum maris, non transitum putes: quo quum accesser-
 is, discedere ac seiungi promontoria, quae antea iuncta
 fuerant, arbitrere.

1 CAP. II. Siciliae primo Trinacriae nomen fuit; postea
 2 Sicania cognominata est. Haec a principio patria Cy-
 clōpum fuit: quibus extinctis, Cocalus regnum insulae
 3 occupavit. Post quem singulae civitates in tyrannorum
 imperium concesserunt, quorum nulla terra feracior fuit.
 4 Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum ceterorum cru-
 delitate certabat; cuius moderationis haud mediocrem
 5 fructum tulit. Quippe decedens quum filios parvulos
 reliquisset, tutelamque eorum Micÿtho, spectatae fidei ser-
 vo, commisisset, tantus amor memoriae eius apud omnes

§. 17 *compositum*. I. e. *fictum*. S. die *Anmerk.* zu XXXIX, 1, 5.

§. 18. *arbitrere*. In der zweiten Person im Passiv wurde häufig,
 namentlich von Cicero, die Endung *re* statt *ris* gebraucht, welches je-
 doch nur im Coniunctiv des Präsens, im Indicativ des Futuri, und in
 beiden Moden des Imperfects geschah; dagegen nicht im Indicativ des
 Präsens, weil hier sonst eine Verwechslung mit dem Infinitiv leicht
 war. Daher machen auch die Deponentia von obiger Regel eine Aus-
 nahme, weil bei diesen eine solche Verwechslung nicht statt fand, und
 man kann von diesen auch im Indicativ die Endung *re* gebrauchen. *Cic.*
Div. in Caec. 12, 40; *in Verr.* III, 80, 184: *arbitrare*; *ad Fam.* V, 13:
quod tu mihi videre spem nonnullam habere. Doch möchte sich die-
 ser Gebrauch schwerlich auf die Deponentia der dritten Coniugation er-
 strecken, wegen des Futuri.

fuit, ut parere servo, quam deserere regis filios mallerent; principesque civitatis, obliti dignitatis suae, regni maiestatem administrari per servum paterentur. Imperium Siciliae etiam Carthaginenses tentavere; diuque varia victoria cum tyrannis dimicatum. Ad postremum amisso Hamilcare 7 imperatore cum exercitu, aliquantisper quievire victi.

CAP. III. Medio tempore quum Rhegini discordia 1 laborarent, civitasque per dissensionem divisa in duas partes esset, veterani ^{et} altera parte ab Himēra in auxilium vocati, pulsus civitate, contra quos implorati fuerant, et mox caesis, quibus tulerant auxilium, urbem cum coniugibus et liberis sociorum occupavere; ausi facinus nulli 2 tyranno comparandum: quippe ut Rheginis melius fuerit vinci, quam vicisse. Nam sive victoribus captivitatis iure 3 servissent, sive amissa patria exulare necesse habuissent; non tamen inter aras et patrios lares trucidati, crudelissimis tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis praedam reliquissent. Catinienses quoque, quum Syracusanos graves paterentur, diffisi viribus suis, auxilium ab Atheniensibus petivere: qui, seu studio maioris imperii, quo 5 quod Asiam Graeciamque penitus occupaverant, seu metu factae pridem a Syracusanis classis, ne Lacedaemoniis illae vires accederent, Lamponium ducem cum classe in Siciliam misere, ut sub specie ferendi Catiniensibus auxilii tentarent Siciliae imperium. Et quoniam prima initia, 6 frequenter caesis hostibus, prospera fuerant, maiore denuo classe, et robustiore exercitu, Lachēte et Chariade ducibus, Siciliam petivere: sed Catinienses, sive metu Atheniensium, sive taedio belli, pacem cum Syracusanis, remissis Atheniensium auxiliis, fecerunt.

CAP. III. §. 2. *nulli tyranno comparandum.* Die Sache verglichen mit der Person, welchen Sprachgebrauch ich schon zu II, 14, 10 bemerkt habe. *Freinsheim* und *Vossius* übersahen an unserer Stelle diese Eigenthümlichkeit, weshalb der Erstere *nulli tyrannorum patrandum*; der Letztere, *nulli tyranni comparandum* ändern wollte. Auch in der *Ed. Iunt.* findet sich, wie öfter, die verbessernde Hand: *nulli tyrannico comparandum.*

§. 6. *prima initia.* S. die Anmerk. zu VII, 5, 1.

Cap. IV. Interiecto deinde tempore, quum fides pacis 1
a Syracusanis non servaretur, denuo legatos Athenas mit-
tunt, qui sordida veste, capillo barbaque promissis, et
omni squaloris habitu ad misericordiam commovendam
acquisito, concionem deformes adeunt; adduntur preci- 2
bus lacrimae; et ita misericordem populum supplices mo-
vent, ut damnarentur duces, qui ab his auxilia deduxe-
rant. Igitur classis ingens decernitur: creantur duces Ni- 3
cias, et Alcibiades, et Lamachus; tantisque viribus Sicilia
repetitur, ut ipsis terrori essent, in quorum auxilia mitte-
bantur. Brevi post tempore, revocato ad reatum Alci- 4
biade, duo proelia pedestria secunda Nicias et Lamachus
faciunt; munitionibus deinde circumdatis, hostes etiam 5
marinis comitatibus in urbe clausos intercludunt. Quibus 6

Cap. IV. §. 1. *barbaque promissis*. Nicht *prolixis*, wie einige alte Ausgaben lesen. *Prolixus* bezeichnet das Reichliche, Viele: *promissus* dagegen bezieht sich auf die Länge, und wird stets in dieser Verbindung gebraucht. Liv. XXVII, 34, 5: *Erat veste obsoleta capilloque et barba promissa*; XLIV, 19, 7: *Sordidati, barba et capillo promisso*. S. Drakenb. zu Liv. V, 41, 9.

§. 3. *ipsis terrori essent*. Ipse hier nachdrücklich statt *is ipse*. S. Gronov zu Liv. V, 43, 4.

§. 4. *proelia pedestria secunda*. Der Anfänger merke sich, dass zu einem Substantivum nur dann zwei Adjectiva ohne Copula gesetzt werden, wenn das eine derselben mit dem Substantiv zu einem Begriff verschmilzt, wozu dann das andere das eigentliche Adjectiv abgiebt. Auf diese Weise suchten die Lateiner dem Mangel zusammengesetzter Substantiven abzuhelfen. In diesem Falle pflegt sich das Adjectiv eng an das Subjectiv anzuschliessen, ohne demselben gerade immer unmittelbar voranzugehen. VI, 6, 2: *quod non Graeciae laboribus assiduisque bel-
lorum internecivis odiis consulens fecit*. Corn. Nep. Dat. 3, 2: *agresti duplici amiculo circumdatus*, wo Bremi sehr gut *duplex amicu-
lum* durch *Doppelwams* erklärt. — Ausserdem bemerke man *pedestre
proelium* im Gegensatz von *navale proelium*; was nicht selten ist. Ebenso wird im Griechischen *πῆλινος* und *ναυτικός* entgegengesetzt. Cic. Amic. 5: *Ut pedestres navalesque pugnas recordentur*. S. Drakenb. zu Liv. XXXVII, 53, 15.

§. 5. *circumdatis*. Bernegger wollte *circumdatus* ändern; doch hat er mit Recht nachher *circumdatis* beibehalten. Man sagt, *circum-
dare urbem munitionibus*, und auch, *munitiones circumdare urbi*; von beiden Constructionen hat derselbe Gelehrte Beispiele gesammelt. S. Zumpt Gr. §. 72. 5.

rebus fracti Syracusani auxilium a Lacedaemoniis petiverunt. Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. Is, audito in itinere belli iam inclinato statu, auxiliis partim in Graecia, partim in Sicilia contractis, opportuna bello loca occupat. Duobus deinde proeliis victus, congressus tertio, occiso Lamacho, et hostes in fugam compulit, et socios obsidione liberavit. Sed quum Athenienses a bello terrestri in navale se transtulissent, Gylippus classem Lacedaemone cum auxiliis arcessit. Quo cognito, et ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem et Eurymedonta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesii quoque, communis civitatum decreto, ingentia Syracusanis auxilia misere, et quasi Graeciae bellum in Siciliam translatum esset, ita ex utraque parte summis viribus dimicabatur.

CAP. V. Prima igitur congressione navalis certaminis Athenienses vincuntur. Castra quoque cum omni publica ac privata pecunia amittunt. Super haec mala, quum etiam terrestri proelio victi essent, tunc Demosthenes censere coepit, ut abirent Sicilia, dum res, quamvis afflictas, nondum tamen perditas forent; neque in bello male auspiciato amplius perseverandum; esse domi graviora et forsitan infeliciora bella, in quae servare hos urbis apparatus oporteat. Nicias, seu pudore male actae rei, seu metu destitutae spei civium, seu impellente fato, manere contendit. Reparatur igitur navale bellum, et animi a prioris fortunae procella ad spem certaminis revocantur: sed inscitia ducum, qui inter angustias maris tuentes se Syracusanos aggressi fuerant, facile vincuntur.

CAP. V. §. 6. *inscitia ducum.* In einigen Handschriften wird *inscientia* gelesen, welches *Abr. Gronov* zu billigen schien. *Burmann* zu *Quintil.* IX, 4; *Gronov.* zu *Liv.* XXII, 25, 11; *Davis* zu *Cic. N. D.* I, 31 und andere Gelehrte haben meistens *inscientia* aufgenommen, wo die Handschriften auch *inscitia* darbieten, ohne den Unterschied beider Wörter genauer zu erforschen, indem sie einer nach *Festus* von *Lambin* zu *Cic. N. D.* I, 31 leicht hingeworfenen Bemerkung, dass *inscitia* gleichbedeutend sei mit *stultitia*, folgten. *Inscientia* ist überhaupt das Nichtwissen einer Sache, Unwissenheit; aber *inscitia* Unwissenheit aus Mangel an Fähigkeit, Bildung und Verstand. Daher im Ge-

7 Eurymedon dux, in prima acie fortissime dimicans, pri-
 mus cadit: triginta naves, quibus praefuerat, incendun-
 8 tur. Demosthenes et Nicias, et ipsi victi, exercitum in
 terram deponunt, tutiorem fugam rati itinere terrestri.
 9 Ab his relictas centum triginta naves Gylippus invasit:
 ipsos deinde insequitur; fugientes partim capit, partim
 10 caedit. Demosthenes, amisso exercitu, a captivitate gla-
 11 dio et voluntaria morte se vindicat: Nicias autem, ne
 Demosthenis quidem exemplo, ut sibi consuleret, admo-
 nitus, cladem suorum auxit dedecore captivitatis.

gensatz von prudentia bei Cic. Off. I, 34, 122: ineuntis enim aetatis
 inscitia senum constituenda et regenda prudentia, statt dessen c. 32,
 117 imbecillitas consilii steht. Und so lässt es sich wiedergeben durch
 Unüberlegtheit, Unverstand; und wird häufig mit temeritas verbunden.
 Liv. XXII, 25, 11: Biennii clades per temeritatem atque insci-
 tiam ducum acceptas referret; vergl. XXVI, 2, 7, an welchen Stellen
 Gronov unpassend inscientia aufgenommen hat. Die inscientia ducum
 kann entschuldigt werden, nicht so die inscitia. Daher heisst es bei Liv.
 VIII, 33, 17: Nam populi quidem, penes quem potestas omnium rerum
 esset, ne iram quidem unquam atrociorē fuisse in eos, qui temeritate
 atque inscitia exercitus amisissent, quam ut pecunia eos multaret;
 capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam
 diem esse. Nach dem Gesagten ist also an unserer Stelle inscitia die
 einzig richtige Lesart. Nicht durch Unwissenheit überhaupt, sondern
 durch Unüberlegtheit der Feldherrn, dass sie die Feinde in den sichern
 Engpässen des Meeres angriffen, wurden die Athener besiegt; vergl.
 Vellei. Pat. II, 1, 4.

Cap. V. 5. Gylippus dux, in prima acie fortissime dimicans, pri-
 mus cadit: triginta naves, quibus praefuerat, incenduntur. Demosthenes
 et Nicias, et ipsi victi, exercitum in terram deponunt, tutiorem fugam
 rati itinere terrestri. Ab his relictas centum triginta naves Gylippus
 invasit: ipsos deinde insequitur; fugientes partim capit, partim
 caedit. Demosthenes, amisso exercitu, a captivitate gladio et voluntaria
 morte se vindicat: Nicias autem, ne Demosthenis quidem exemplo,
 ut sibi consuleret, admonitus, cladem suorum auxit dedecore capti-
 vitatis.